



00 892

Y942.  
Bd.

36

DISPUTATIO INAUGURALIS  
sistens  
**MEDICINÆ ME-  
CHANICÆ IDEAM  
UNIVERSALEM,**

*SERENISSIMI ac POTENTISSIMI ELE-  
CTORIS BRANDENB. CLEMENTIA*  
Quam  
SUB PRÆSIDIO

Dn. FRIDERICI HOFFMANNI D.

Medici Electoralis Brandenb. Me-  
dicinæ & Natural. Prof. publ. & Ordinar.

Collegii Medici DECANI

PRO SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS  
& PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS,  
SOLENNISSIMO INAUGURATIONIS ACTU,

legitimè consequendis

*Placide Amplissimi Senatus Academici aliorumque  
Eruditorum disquisitioni*


*subiecti*


In Auditorio Majori d. 27. Jun. M DC XCIV.  
horis ante & pomeridianis

**DANIEL FRIEDERICUS HASPERGEN,**  
Hervordiâ Westphalus.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Stanno STEGMANNI,





DISPUTATIO INAUGURALIS.  
SISTENS  
*Medicinae Mechanicæ Ideam  
Universalem.*

Th. I.

**M**edicina est sci-  
entia ex principiis  
mechanicis, sanita-  
tem corporis huma-  
ni conservans & re-  
stituens.

II.

Principia Mechanica sunt materia &  
motus; & uti omnia corpora artificialia,

A 2

sic

sic quoque naturalia ex materia & motu  
conflata sunt.

III.

Uti motus omnium rerum naturalium  
& artificialium primum ac eminens est prin-  
cipium & causa efficiens: sic qui ex mecha-  
nicis, motuum leges ac naturam exactè co-  
gnitam ac perspectam habet, is in interiora  
naturæ penetrare, causas abditas scrutari,  
plurimorum effectuum ac phænomeno-  
rum exactas rationes quam felicissimè red-  
dere potest.

IV.

Corporum naturalium alterationes,  
generationes, transmutationes, virtutes, o-  
perationes, variisque effectus principaliter de-  
bentur motui.

V.

Quicunque itaque machinæ nostræ  
humanæ naturalem constitutionem, illius-  
que actiones vitales exactè cognoscere vult,  
& status præternaturalis causas perspicere,  
conveniens medicamentum applicare, mor-  
bum-

bumque curare intendit , ille materiæ affe-  
ctiones & proprietates, motuumque leges,  
accuratè nosse debet.

V I.

Uti tota natura est mechanica & omnia  
justo tempore, mensurâ , numero, figurâ &  
pondere facit, sic quoque naturæ minister  
medicus debet esse mechanicus , & idem  
quod natura efficere debet;

V II.

Machina nostra constat ex partibus so-  
lidis & fluidis ; sanitas autem & vita machi-  
næ versatur in certâ dispositione seu temperie  
ac conformatione & legitimo ac æquabili  
harum partium motu.

I X.

Uti itaque sanitas consistit in naturali  
ac laudabili partium fluidarum temperie ac  
crasi, motuque æquali & partium solidarum  
decenti conformatione, sic quoque morbus  
& mors versatur in intemperie & prava con-  
formatione, motuque naturali imminuto  
vel penitus destructo.

A 2

Th. IX.

IX.

Spirituum animalium & sanguinis motus quando est in æquilibrio, ita ut non nimis sit auctus, nec nimis imminutus, sanitas est, quando autem illud æquilibrium tollitur, morbus præsto est.

X.

Primarium ac principale machinæ nostræ movens sunt Spiritus animales, qui ex subtilissimâ, lucidâ, æthereâ & elasticâ aeris portione ac spirituosis, sulphureis sanguinis particulis conflati sunt.

XI.

Omnis motus, sensus ac laudabilis nutritio principaliter dependet à spirituum horum justa temperie & laudabili motu.

XII.

Spiritus animales quemadmodum ex aëre ceu superiori elemento & ex sanguine ceu inferiori naturam ac motum suum trahunt, sic in ipso aëre & sanguine quærenda est præternaturalis illorum constitutio & causæ morbificæ indè petendæ.

Th.

XI. AT A

XIII.

Aër magnam habet potentiam in spiritus animales & totum corpus, quod patet ex morbis epidemicis, acutis qui potissimum debentur ipsi aëri non rite constituto.

XIV.

Qualis est constitutio & motus sanguinis, talis quoque temperies & motus spirituum animalium; conveniens autem sex rerum non naturalium usus, temperamentum ætas, coelum, parentes, sexus ad dispositionem sanguinis multum contribuunt.

XV.

Temperamentum, temperies seu constitutio sanguinis optimè ex motu spirituum animalium & actionibus vitalibus cognoscitur.

XVI.

A motu spirituum animalium & ipsis sanguinis dependent omnes excretiones v. g. transpiratio, sudor, menses, urina, alvi excrementa. &c.

XVII.

XVII.

Uti sanitatis essentia ac natura consistit  
in sensu, motu & nutritione laudabili, sic o-  
mnium morborum essentia radicatur in a-  
ctionibus vitalibus, nimirum sensu, motu &  
nutritione læsis.

XVIII.

Subjectum itaque omnium morborum  
sunt spiritus animales, inque omnibus mor-  
bis illorum temperies vel motus delinquit.

XIX.

Quodcunque itaque spirituum, anima-  
lium texturam & crasis, motumque & illo-  
rum æquilibrium tollit, illud causæ morbi-  
ficæ titulum meretur.

XX.

Affectus animi æquilibrium spiritu-  
um animalium tollere solent, sic ira, nimi-  
um gaudium, amor insanus, motum nimis  
augent, eundem autem imminuunt terror,  
tristitia &c.

XXI.

Aér calidus propter particulas fluidas  
æthe-

æthereas rarefacit & expandit, frigidus au-  
tem illas magis constringit & coarctat.

XXII.

Ex cibis, qui motum sulphuris & prin-  
cipii spirituosi calidi aëris continent, motum  
sanguinis & spirituum promovent, è con-  
tra cibi viscidi, mucilaginosi, terrestres, a-  
cidi, indurati, motum humorum magis de-  
bilitant.

XXIII.

Motus & vigiliæ uti excitant spiritus,  
sic motus & quies illos magis celant & li-  
gant.

XXIV.

Quemadmodum itaque sanitas in æ-  
quilibrio motus consistit, sic æquilibrium  
in omnibus sex rebus non naturalibus est  
observandum.

XXV.

In omni morbo, motus spirituum a-  
nimantium & humorum inæqualis observa-  
tur; inæqualitas autem illa fit, quando in

B

una

una parte intenditur, in altera autem immittuntur.

### XXVI.

Fundamentum hujus inæqualitatis, adeoque omnium morborum sunt obstructions, ibi enim motus est imminutus, hinc necessario debet motus in aliis tubulis, qui aperti sunt, crescere & incrementum sumere.

### XXVII.

Quando nervorum ac fibrillarum minutissimi tubuli obstructi sunt, ita ut spiritus animales non liberè & æqualiter influere possint, adeoque motus in illis partibus debilis fiat, necesse est, ut in viis apertis intensissimè & inordinate moveantur, qui motus fibras apertas mirum in modum expandit, partesque contrahit & dicitur spasmus ac fit cum contractione & dolore molestissimo.

### XXVIII.

Quando vasa sanguinea minutissima & angustissima obstructa sunt, motus sanguinis tam

tam intestinus quam progressivus in reliquis  
vasis augetur, hinc inflammations, ebulliti-  
ones, febres, calor præternaturalis, ruptiones  
& distensiones venarum, hæmorrhagiæ, ca-  
tharri &c. oriuntur.

XXVIII.

Videntur itaque omnes morbi oriri à  
spirituum animalium & sanguinis, per minu-  
tissima vascula, inæquali & impeditâ circu-  
latione.

XXX.

Omnes morbi itaque vel aliquid spasmo-  
tici vel febrilis continent.

XXXI.

Quoniam itaque omnis fermè morbus  
ab inæqualitate motus oritur, hinc indican-  
tur remedia duplicis generis, quæ nimirum  
inordinatum illum & aductum fistunt &  
compescunt, debilem autem & imminutum  
resuscitant.

XXXII.

Medicamenta omnia ad duo genera opti-

B 2

mè

mē referri possunt, nimirum, quæ motum  
partium fluidarum depresso ac imbecille  
factum excitant, roborant & quæ jam nimis  
inordinatum, ac suribundum componunt  
ac sustent.

### XXXIII.

Ad ultimam hanc classem spectant omnia  
anodyna, particulis ramosis, sulphureis, va-  
porosis constantia, 2. omnia acidula, 3. aquæ  
& mucilaginosa 4. terrea & fixiora.

### XXXIV.

Ad alteram autem classem spectant omnia  
sic dicta aperientia & evacuantia 2. omnia sa-  
le volatili oleoso pollutia, 3. sulphurea calida,  
4. amara & sale alcalino constantia 5. sale pe-  
netranti æthereo metallico prædita, uti sunt  
mercurialia &c.

### XXXV.

Omne medici judicium & prudentia ver-  
satur in hoc, ut justo tempore, mensurâ, &  
pondere hæc applicet remedia, & hæc  
applicatio verum est medico.

rum arcana.

F I N I S.






01 A 66 B6



5b.

Vd 17





2  
36

# DISPUTATIO INAUGURALIS sistens **MEDICINÆ ME- CHANICÆ IDEAM UNIVERSALEM,**

*Quam*  
SERENISSIMI ac POTENTISSIMI ELE-  
CTORIS BRANDENB. CLEMENTIA  
SUB PRÆSIDEO

DN. FRIDERICI HOFFMANNI D.

Medici Electoralis Brandenb. Me-  
dicinæ & Natural. Prof. publ. & Ordinar.  
Collegii Medici DECANI

PRO SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS  
& PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS,  
SOLENNISSIMO INAUGURATIONIS ACTU,

legitimè consequendis  
Placide Amplissimi Senatus Academici aliorumque  
Eruditorum disquisitioni  
*subjicit*

In Auditorio Majori d. 27. Jun. M DC XCIV.  
horis ante & pomeridianis

**DANIEL FRIEDERICUS HASPERGEN,**  
Hervordiâ Westphalus.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Stanno STEGMANNI,